

stituere, sibi certissimum esset. At statim sensit, non licere cui-
quam mortalium, quid facturus, aut non facturus sit, certò
pronunciare, & morte cōsilia sœpe nostra confringi. Nam gra-
ui, & mortifero affectus morbo, cum maximo omnium mœ-
rōre, & dolore ereptus est nobis, & Pappus ipsea mathematicis
omnibus vehementer exoptatus, diu, multumque latens, in lu-
cū quodam modo iacuit: non solum quia Commandinum
hoc est fidelissimum interpretem, & Patronum suum amiserat;
sed quia sibi fieri non posse videbatur, ut in doctissimorum ho-
minum, siue cupidissimorum manus aliquando veniret:
duæ nanquè Commandini Eliæ, quibus vñiuersa patris hæreditas
venerat, per aliquot annos inter se non leuiter desuerunt.
Quo circa Pappus angebatur (ut ita dicam) compressus, & diu-
tius multò quidem comprimentus erat, nisi tu Clementissime
Princeps, cum molestè ferres, tam eximium opus perire, cùmque
cuperes præstantissimis ingenij prodesse, quæ huius Comman-
dini nostri compositionis miro tenerentur desiderio, & autho-
ris præsertim nomini consulere, cui immortales debentur lau-
des, Pisauri Ciuitate tua illum accuraſſimè, & impensè excu-
dendum curâſſes. Quamobrem te duce Dux Serenissime in
lucem Pappus editur; per te cum Commandino lxtissimus Ita-
lia tota vagatur, atque adeò vniuerso terrarum orbe, per te plau-
denteliteratorum cōtu viget latine redditus; Sed quo tempo-
re exoritur Pappus? eo nimirum, quo multò magis optandum,
quām sperandum putarem. Hinc facile cognoscitur, quanti
litteras facias; facias verò? cui non patet, te sic ingenuas artes
omnes amplexum esse, ut opinione quoque, ac iudicio homi-
num non opes, quæ tibi sunt amplissimæ, non Vrbes, & hunc
Principatum tibi à tuis reliq̄um, non quidquid spetiem quan-
dam dignitatis, & gloria habere putatur, tanti ducere videaris.
Testes nos Populi tui, qui te in literas quotidie abditum vide-
mus, nec continuò principatus tui administrationem deserere;
propterea quod in magna studiorum occupatione commoda
omnia, voluptatesque contemnis; in animo puritatem, in actio-
nibus prudentiam, in victu abstinentiam, in Dei cultu vigilan-
tiam, denique singularem in omni vita moderationem, tempe-
rantiāmque seruas. Ecquis est, qui tuas non admiretur virtu-
tes, nec colat? quis (inquam) te, tanquam clarissimum lumen, &

ornamen-